

DISSERTATIONIS,
DE
BIBLIOTHECARIIS
ACADEMIÆ ABOËNSIS,
PARTICULA SEPTIMA.

QUAM,
ANN. AMPL. PHILOS. ORD. AURAIKO,
publico examini,
In Auditorio Philos. die *Junii* XI a. MDCCCXXIII.
h. a. m. l.

PRÆSIDE
Mag. FREDR. WILH. PIPPING,
Hist. Litter. Prof. Publ. Ord. & Biblioth. Acad. Præsecto,

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS
modeste subjicit
JOHANNES TENNBERG,
Satacundensis.

ABOÆ, typis FRENCKELLIANIS.

THESES.

I.

Nec fato neque casu mundum regente, necessitatis cum libertate in cogitatis factisque humanis intime coalitæ expositio atque explicatio summum omnis Historiæ est problema.

II.

Historia Litteraria haudquaquam ad facta singula in litterarum studio conspicua narranda adstringatur, sed ad id inprimis adspiret, ut cognitionis humanæ disciplinarumque omnigenarum ex seminibus ipsis explicationem perpetuam plene atque vivide ante oculos ponat.

III.

Neque origo, neque augmentorum accessione continuata crescens copia Bibliothecarum, casui sunt tribuendæ, quin potius, necessaria progredientis studii litterarii signa atque effectus, stadia ejusdem manifesto denotant.

IV.

Quemadmodum primis ætatis annis tanta vivendi feruntur voluptate homines, ut in eadem satianda vitæ ipsius quasi obliviscantur, transactam saltem minoris habentes, sed provectiore vivendo vitam speculantur; ita Bibliothecarum ortus adultam litterarum ætatem indicat, a frugibus per amplissimum cogitationis experientiæque campum novis indies quærendis, ad comparatas examinandas digerendasque recedentem.

V.

Origines Bibliothecarum a genuino fonte derivantem neminem causa fugere potest facti, Historia teste probati, collectiones scilicet librorum privatas publicis ubique antiquiores fuisse.

VI.

Quantumvis superbiant Bibliothecæ quædam hodiernæ Palæotyporum, quos vocant, copia, horumque multitudo utcunque arctis circumferibatur finibus, ab omnibus numeris absoluta hujus generis collectione procul tamen omnes sunt semperque manebunt.

VII.

Neque sperare licet fore, ut recentiorum librorum collectio ulla consummatæ Bibliothecæ fastigium unquam attingere possit.

II. Andreas Æschilli Petræus.

Natus quando fuerit hic, filius ÆSCHILLI OLAI PETRÆI, tandem S. S. Theologiæ Doctoris, Episcopi Dioceseos Aboënsis & Academiæ Procancellarii, ex priore thori socia, filia ANDRÆÆ POMERENING (vel POMMERENNING) (a), memoriæ
L tra-

- a) Ut annus natalis Bibliothecarii PETRÆI nos latet, ita nonnisi probabili ratione effectum est, quod primo patris connubio progenitum cum putemus; ad quam tamen sententiam vim afferunt plurimam partes, quas in rebus Nostri moderandis habuit, avunculi nomine ab eodem salutatus, Mag. CAROLUS POMERENING. Natus hic Norcopiæ a. 1603, nomine Regiæ Academiæ Upsaliensi mense Junio a. 1622 dato, die 10 Febr. a. 1629 Philosophiæ Magister ibidem creatus est, & deinde, ex peregrinatione redux, moderatur studiorum litterariorum Ducis ADOLPHI JOHANNIS, Comitis Palatini Bipontini, augustissimi fratris CAROLI GUSTAVI, Regis Sveciæ gloriosissimi, factus, variis postmodum functus est reipublicæ officiis, ut Residentis S. R. Majestatis & Regni Sveciæ in Muschovia, circa a. 1649, & Judicis Territorii (*Landsdommare*, ut habet STIERNMANN *Biblioth. Sviogoth.* Tom. II. pag. 663, & *Höfdinga Minne* Tom. II. Ms.) vel Provinciæ (*Lagman*, quemadmodum in albo quodam ecclesiastico urbis natalis exstat) Bahufensis ab a. 1658 d. 15 Maji ad 1668 d. 8 Aug. quo ætatis venia egens dimissus est. In nobilium ordinem d. 3 Dec. a. 1653, nomine tamen non mutato, erectus, cælebs obiit a. 1672, cujus mense Octobri, die 13, Norcopiæ sepultus est in templo S:ti Olai, in cujus usum testamento summam thalerorum argenteor. M legaverat. Vid. CHRISTOPH. HENR. BRAAD *Ostrogothiæ Litteratæ* Tom. I, in Bibliotheca Gymnasii Reg. Lincopensis Ms. unde plurima horum descripta sistimus. — De majoribus PETRÆI horumque progenie cfr. cæterum Reverendissimi JAC. TENGSTROM *Disf. Vitam & Merita M. Isaci B. Rothovii exposituræ* pag. 48 — 53, Celeberr. JOH. BILMARK & HENR. GABR. PORTHAN *Disf. de Profesforibus Reg. Acad. Aboënsis* P. I, pag. 1 — 4 atque Percelebr. JOH. JAC. TENGSTROM *Disf. de viris in Fennia peritia litterarum Græcarum claris* P. III, pag. 34 — 47, antiquiora, ab his perlustrata, scripta ut taceamus. — Addere tamen liceat, avum maternum Nostri, ANDREAM POMERENING, e nobili stirpe Holfatica ortum, sedem Norcopiæ, civitate donatum, cum telonia Ostrogothiæ redemerit, fixisse, uxoremque

traditum non invenimus (b). Nec de puerilibus atque primis adolescentis ætatis annis aliquid constat, ni forte pro explorato

ejus MARGARETHAM, quæ Ancilla Cubicularis fuerat Reginæ conjugis CAROLI IX alterutrius, forte CHRISTINÆ, Ducisæ Slesvico-Holfaticæ, cum qua conjicimus eam in Sveciam migrasse, relatum a Generosiss. JOH. AD. REHBINDER, in *Matrikel öfver Swea Rikes Ridderkap och Adel, ifrån 1755*, pag. 494 legentes, proavorum Generosiss. CHRISTOPH. BOGISEL. ZIBET nonnullos, cognomine SIBETH ufos, Roslochium olim incoluisse, hoc eodem cognomine in STIERNMANNI *Höfd. Minne Mf.* appellatam, funebri tamen quodam in filiam CHRISTINAM POMERENING, quæ a. 1602 nata, Consuli PETRO CARSTENIO LERBEK a. 1620 nupsit, mortuusque est a. 1689, scripto vocari MARGARETHAM VON BAXTER. Dotata est hæc a Rege d. I Sept. a. 1602. — Progeniem etiam Episcopi PETRÆI quod attinet, tacendum haud est, obvenisse nobis Acta Academica percurrentibus filium ejus JOHANNEM, qui translato, ut videtur, in Svecanum idioma nomine gentili, vocatus est HELLEBERG, Locum Centurionis Tenens circa a. 1668 (Cfr. Prot. Consistorii Acad. d. 22 Jul. & Acta Rectoratus ejusdem anni), sed cujus cætera ignota nobis sunt fata, ita ut ne ex simili fratris JOHANNIS, qui Collega Scholæ Cathedralis Aboëns. fuerit, prænomine injectum animo nostro scrupulum quidem excutere valeamus (Vid. JOH. JAC. TENGSTROM Disf. pag. 45). — Tertius filius SAMUEL, Vice Legifer, vel Judex Provincialis Vicarius atque Asfesor Regii Dicafterii Aboënsis, connubio junctam sibi habuit filiam Asfesoris OLAI SAM. FIL. WALLENSTIERNÆ, quæ fati raptò a. 1685 illo, iterum nupsit JOHANNI SIMONIS PHOENICI, Causarum tum Patrono, postea Actuario supremi Dicafterii Aboënsis, qui rursus ea mortua ANNAM WILHELMI WARGENTIN duxit, fœda deinde Mag. PETRI SCHÆFER, in arce Aboënsi propter varios de doctrina salutis errores detenti, notitia turpem viduitati suæ notam inurentem (Vid. Protoc. Consist. Eccles. Aboëns. a. 1713 d. 25 Febr. & 4 Mart. & *Tidningar. utgifne af et Sällskap i Åbo 1772*, pag. 219). — Gener OL. WEXIONIUS, uxore CATHARINA fato defuncta, MAGDALENAM OLAI WALLENSTIERNÆ ducens, affinitatem supra commemoratam vinculis contraxit novis, cui in matrimonio hoc successit a. 1674 JOHANNES FLACHSEMIUS, Mathematicum Profesfor, primas celebrans nuptias. — Filix MARIE maritus prior, Inspector STÅLBOM, prænomine JOHANNIS utebatur.

- b) Paucissimis admodum adjuti in publicam lucem emisforum, nedum typis traditorum monumentorum subsidiis, ad vitæ seriem hujus viri conti-

rato habeamus, quod opinari suadet fiducia, in majorum exemplis & occasionis opportunitate, ad diligentiae studium excitandum plurimum valentibus, ponenda, quibus consideratis fuerunt tamen qui asserere non dubitarent, PETRÆUM, sicut in Musarum vicinia erat in lucem editus, ita etiam ex propiori earum quasi adflatu hoc habuisse, ut litterarum studia ab ipsa inde infantia diligeret, patris exemplo, quem æmulari voluit, excitatus (c).

L 2

ci-

nenter illustrandam idoneis, cui enarrandæ, vel singulorum momentorum collectione memorabiliorum posteris servandæ, nemo ejusdem ævi hominum, quantum nobis quidem constat, operam dedit, eam indagaturi Acta & scripta inhiavimus, quæcunque oculis nostris obvia ad res huc pertinentes explicandas conferre aliquid visa sunt, tam privata quam publica opera exarata. Quæ cum admodum varia sint diversisque e locis collecta, eorum enumeratione tanto magis hic abstinendum censemus, quanto certius juvet singularum rerum fidem, testimoniorum recensione singulorum suo loco, ubi narratione sensim progrediente opus fuerit, munire. In universonem autem jam forte dicendum, tantum lucis nobis præbuisse Acta Academicæ & Capituli Aboënsis varia diversique nominis, sæculo XVII consignata, ut facile ignorare licuisset quæ seriori ætate, his tamen vix obiter lustratis, aliquantum quidem continuato, at nec perpetuo, nec rite disposito, rerum ordine memorie prodiderunt ANDR. ANT. STIERNMAN, in *Aboa Literata & Biblioth. Sviog.* Tomo VI:o, Finlandiam literatam exhibente, nec non JOH. BILMARK, in *Disertationis de Profesforibus Reg. Acad. Aboënsis* continuatione, cujus primæ lineæ, ultimam manum auctoris nondum passæ, in Bibliotheca nostra Academica, ut Stiernmannianum istud opus in Upsaliensi illa manuscriptum itidem, servantur. Neque igitur est ut *Athenarum Aboënsium*, s. *Vitarum Theologorum Aboënsium*, auctore INGEMUNDO BRÖMS, a STIERNMANNO in fidem verborum suorum allegatarum, jactura multum subsidii ademptum nobis doleamus, quamvis earum, vel injuria temporis exitiali jam perditarum, vel scriptis nobis plane ignotis latentium, desiderio plurimis aliis, iisque justissimis, nominibus nunquam non moveamur.

c) Vid STIERNMAN *Bibl. Sviog.* & BILMARK l. c.

civitate ad altioris doctrinæ studium se accingeret, ne nomen quidem ejus in Actis nostra manu tritis occurrit.

Civium Academiæ Aboënsis in numerum, Depositionis cæremoniis ibidem peractis, receptus est a. 1646, die 16 Decembris, Decano Facultatis Philosophicæ Magistro MICHAËLE WEXIONIO (GYLLENSTOLPE), *Historiarum atque Philosophiæ Practicæ vel Politicæ Professore*, & Rectore Academiæ Magnifico Mag. MARTINO STODIO, *Linguar. Hebrææ & Græcæ Prof.*, nomen vero in album referente Prorectore, patre, Doct. ÆSCH. PETRÆO, tum temporis *Theologiæ Prof. Prim. (d)*. Haud indigno Camœnarum cultori sic reclusas fuisse sacrarii portas, neque expectationem recludentium fefellisse diligentiam studii observantiamque officiorum, ab eo præstandorum, cui successum annuant almæ, & benevolentia indicat antistitum, adolescentem nunquam deficiens, & hac certe firmiter luculentiusque probant eruditionis specimina, ab ipso haud invito, sed fines officiorum latius quam juberent leges extendente, inter discendum edita, quibus perpenis ad benevolentiam illam ex merito ejus, qui eadem usus est, potius quam ex sua præstantia facilitateque, æstimandam cogimur. Absit igitur ut, immeriti quasi doni, fontem in luto quæramus Stipendii Academici infimæ clasſis publici, quod PETRÆO ab initio anni 1649 decrevit Senatus Academicus, quodque insigniter auctum, cum anno præterlapſo ad classem mediam trans-

d) Professionem ad Comitæ, Holmiæ anno instanti habenda, parans STODIUS, a Consistorio tam Academico quam Ecclesiastico legatus, illius consensu, nondum stabiliti qui nunc in Prorectore constituendo valet ordinis, vel alius cujusdam legis, nulla, sed prudentiæ fideique viri substituendi, multa rerum cognitione omnigenaque laude conspicui, tantum ratione habita, ÆSCH. PETRÆUM sibi absentem Vicarium Rectorem supposuerat. Vid. Protocolium Consistorii Acad. d. 24 Nov. a. 1646, & cfr. JAC. TENGSTRÖM *Vita Rothovii* pag. 69 nota *.

transferretur, ad cumulum tandem est evectum Fessio Scti Johannis Baptistæ a. 1651, quo Stipendiariorum supremam classem adiit. Beneficio hoc, pro temporum rationibus illorum haud exiguo, usque ad finem anni 1654 frui licuit, quamvis interea publici muneris, in negotiis extra Academiam gerendis administrati, utut salario haud compensati ordinario, fructus toto fere biennio jam simul affluerint; quos tamen maxime in causa fuisse, cur hoc termino bonum illud tandem cessaverit, tacentibus quamvis Actis Consistorii, censendum omnino est. — Specimina eruditionis quod attinet, aliorum, quæ legibus obtemperans Academicis sine dubio dedit PETRÆUS, destituti cognitione certiore, Dissertationes commemoramus tres, ultimorum in cœtu discipulorum consumptorum septem annorum spatium publicæ disquisitioni ab eodem exhibitas. Priores duas, pro exercitio editas, positasque in *Meditatione S. Evangeliorum*, alteram, *Dominicæ I. post Circumcisionem Christi*, mense Junio a. 1649 (e), alteram, *Dominicæ XXVI post Trinitatis, additis S. Patrum dictis, quæstionumque aliquot decisione, ad uberiores textus, cum opus est, explicationem & heterodoxorum refutationem*, die 18 Junii a. 1652 (f), præside patre defendit; tertia vero, *Disputatio Phi.*

e) Disseratio hæc, de qua vid. J. H. LIDÉN *Catalogus Disputationum*. Sect. III. pag. 145, N:o 28, a Respondente dicata est avunculo suo charissimo Mag. CAROLO POMERENING. Cfr. pag. 79 operis hujus nostri, nota (a).

f) LIDÉN l. c. Sect. III. pag. 147, N:o 91. In dedicatione, scripta d. 29 Maji, qua Dominis, ISRAËLI LAGERFELDT, *Regii Parlamenti Ab. Vice Præsidi*, JOHANNI STIERNEHÖÖK, *S. M. Regiæ Secretario*, MAGNO RHALAMSTIerna, *Reg. Assessorii Dicasterii Ab. & JOHANNI AXESKÖLD, Regni Sveciæ Antiquario*, sacrum voluit opusculum Respondens, hæc occurrunt: "Cujus diei (extremi scilicet) sacram meditationem & textus homiliam in instanti jam hac anniversaria Synodo sub umbra & præsidio Adm. Rev. Dni Patris

Philosophica de Justitia, sub præsidio Doctoris MICH. GYLLENSTOLPE, *Juris jam, nec non Philos. Pract. & Histor. Prof.*, pro summo in Philosphia gradu ejusque privilegii ac immunitate consequendis, d. 8 Decembr. a. 1655 examini publico subiecta est. Cætera autem, quibus gradum hunc adeundi potestas illa ætate obtinebatur, partæ doctrinæ specimina, ut examina, lectiones, orationes, quin egregie omnino præstita quoque sint, dubitare vetat singularis Nostro assignatus in sollenni promotione locus, cum primus sodalium Philosphiæ Doctor & Artium Liberalium Magister, Promotore Mag. ABRAH. THAUWONIO, *Phys. Prof.*, d. 6 Junii a. 1656 crearetur, quæstionem novis Magistris pro more propositam solvens (g).

Honores Academicos ambiendi consilium, ad decimum ab Academia primo intrata annum sapienter omnino prorogasse quemadmodum jam constat, ita neque præpropere festinatione, paullo celerioribus utut passibus ad rempublicam accessisse PETRÆUM, nec immaturo graviora præstantioraque mox contigisse, quamvis juveni, munera publica, credere fas est. Nondum autem emenso primo curriculi Academici stadio, jam

a.

mei cum ventilandam publice susceperim &c. Unde cogimus, Synodum Cleri Dioceseos Aboënsis, ab Episcopo ROZHOVIO in nundinas Henricianas anni 1652 & æstivales & hibernales indictam, illis saltem, eo quamvis mortuo, celebratam revera esse. Nos præterea videmus, quid impedierit quominus hiemalia quoque illa Cleri Dioceseani exercitia ex instituto proceserint, Episcopo bona usque valetudine gaudente, ita ut vel proxima ante fatalem, 10 Febr. a. 1652, diem Dominicæ publicis in templo Cathedrali sacris Cœnæque S. Domini nostri Salvatoris interfuerit. Cfr. JAC. TENGSTROM *Vita Roth.* pag. 210, 211 nota ** & pag. 272, nec non JOH. JAC. TENGSTROM *Disf.* cit. pag. 37 & nota ooo).

g) De promotione hac, a STIERNMANNO in *Aboa Litt.* omisa, vid. *Catalogus Doctorum pariter atque Magistrorum in Regia Universitate Academica Abodiæ creatorum*, Ms. a PETRÆO ipso inchoatus.

a. 1653 Notarius, vel, ut illo ævo interdum audiebat, Secretarius (*h*), Consistorii Ecclesiastici Aboënsis constitutus est, electionem forsitan maturante patre, Episcopalem jam, adeoque primam in Capitulo, sedem tenente, nec tamen non suadentibus ipsius, filii scilicet, laudibus, quibus certe, in munere hoc maxima cum assiduitate & summopere prædicanda prudentia obeundo postea clarius elucentibus, adeo acceptus omnibus Capituli fuit membris, ut post tres cum dimidio annos in alium locum se expedientem, testimonio laboris laudabiliter exantlati honorificentissimo, in fidem studii lautiora bene merito aliquando conferendi præmia, munirent (*i*). Angustia enim conditionis, ubi stipendii vices suppletura pecunia, pro codicillis publico nomine exaratis ab iis quorum res agerentur soluta, exigua admodum, operæ pretium erat unicum (*k*), presus & simul arctioris cum Musis commercii cupidus, ut relicta a Mag. MICH. JACOBI JURVELIO, qui Pastor Uhloënsis a. 1656 factus est (*l*), provincia sibi concederetur, eo petierat

rat

h) Ita ex. gr. PETRÆUM in gratulationibus, Dissertationi suæ graduæli adjunctis, consultissimus Præses & Magister ERICUS LUCANDER salutarunt.

i) In fine Protocollo Consistorii Ecclesiastici, PETRÆO Notario literis consignatorum, testimonium hoc exstat: *Anno 1656 d. 6 Nov. resignerade M. ANDREAS PETRÆUS Notariatum Consistorii Ecclesiastici Aboënsis, den han medh stor flit, lof och beröm uti 3 $\frac{1}{2}$ åhrs tidh uthan någhon löön beklädt och förestådt hafver; hvarföre Consistorium honom framdeles medh en godh promotion till en annan lägenheet vill ihugkomma och försörja.*

NICOL. LAURENTII NYCOP.
S. S. Theol. Prof. & p. t.
Acad. Ab. Rector.

GEORG. ALANUS.
Past. Ab.

MART. STODIUS.

ANDR. LAUR. NYCOPENSIS.

k) Cfr. cum testimonio supra allato quæ habet *Afhandling om Presterliga tjenstgörningen och afböningen i Åbo Erke-Stift*, Del. II pag. 77.

l) In Catalogo Cleri Ostrobothniensis, Genealogiæ Suurfillianæ adjecto, JURVELIUS a. 1657 Pastoris Uhloënsis muneri præfectus dicitur,

rat successu ut die 25 Sept. ejusdem anni Notarius (quem etiam Secretarium appellandi posteriori ætate invaluit valetque hodie mos) Consistorii Academici Aboënsis & simul Adjunctus Facultatis Philosophicæ, "*unanimes consensu omnium & totius Senatus*" (m) constitueretur, Actisque Academiæ conficiendis eodem jam die manum admovit.

Impigre deinde discendo, simul ac docendo & cæteris officii partibus obeundis intentus, operam dedit, ut vel Academico in pulvere olim mansurus omnis, vel ad ecclesiastica animum applicaturus, dignum se præstaret, qui præmiis ornaretur

sed respectu forte inauguralis diei habito, quem in initium anni hujus incidisse, e protocollo Consistorii Ecclesiastici d. 22 Nov. anni 1656 didicimus.

- 21) Verba e Protoc. Consist. Acad. ejusd. diei desumpta sunt. — Primum Academiæ Notarium, JOHANNEM ARVIDI FRISIUM, S. R. Majestatis nomine quamvis creaverit Illustrissimus Cancellarius, consentientibus Procancellario cum Professoribus omnibus præsentibus (vid. Prot. Consist. Ac. d. 12 Jun. a. 1640), illi tamen aliud, neficimus quodnam, munus Rigæ a. 1645 adeunti, successorem JURVELLUM designavit Consistorium, confirmatione Regia per Cancellarium expetenda minus, Constitutionibus quamvis aliter jubentibus, sed Procancellarii tantum assensu, opus esse existimans (Vid. Prot. Consist. Acad. d. 1 Jul. a. 1646). Eodem modo plurimi sequentium etiam Notariorum nominati sunt, ut & Adjuncti Academiæ, horum tamen electione ad Cancellarium, confirmationis causa nonnunquam relata, cujus vero confirmationis mentionem PETRÆO constituto factam non invenimus. (Cfr. ex. gr. Prot. dd. 17 Jul. a. 1640, 9 Oct. 1645, 13 Jun. 14 Nov. 1649, 5 Sept. & 10 Oct. 1660.) — Ab initio distincta Notarii Adjunctorumque munera ita conjungendi, ut horum alter officio illius simul fungeretur, consilium, suadente stipendiorum annuorum (de quibus vid. JAC. TENGSTROM *Vit. Roth.* pag. 174 not. & A. J. LAGI *Orat.* pag. 68, 69), his Academiæ ministris concessorum, tenuitate, a. 1649 initum (vid. Prot. Consist. d. 14 Nov. e. a.), hinc ad nostra usque tempora sequi necesse plerumque visum est.